



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1. Vtrum debuerit circumcidi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

num uenientiu mon- strabant. Consequen- tia probatur: qui si- cut fides denotio que gentium est absque errore per inspiratio- nem Spiritu sancti ita &c.

¶ Præter. Certius est celeste indi- cium, quàm indicium humanu: sed Magi ducatu celestis indicij ab oriente venerant in Iudæam. Stulte ergo egerunt, præter du- catum stellæ, humanum indicium requirêdo, dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?

¶ Præter. Munerum oblatio & adorationis reueren- tia, non debetur nisi regibus iam regnantibus: sed Magi non inuenerunt Christum regia dignitate sul- gentem, ergo inconuenienter ei munera & reuerê- tiam regiam exhibuerunt.

Sed contra est, quòd dicitur Isâ. 60. Ambula- bunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore or- tui tui sed qui diuino lumine dicuntur, non errât, ergo Magi absque errore Christo reuerentiam ex- hibuerunt.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, \* Magi sunt primitiæ gentium in Christum creden- tium, in quibus apparuit sicut in quodam prælagio fides, & deuotio gentium uenientium a remotis ad Christum: & ideo sicut deuotio & fides gètium est absque errore per inspirationem Spiritu sancti, ita etiam credendum est, Magos a Spiritu sancto inspi- ratos, sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd sicut Aug. \* dicit in sermone Epiphaniæ, cum multi reges iudæorū nati fuissent atque defuncti, nullum eorū Magi ado- randum quæsierunt. Non itaque regi iudæorū, qua- les illic esse solebant, hunc tam magnum honorê leginqui, alienigenæ, & ab eodê regno profus ex- tranei, a se deberi arbitrabantur: sed talem natū ef- se didicerunt, in quo adorandum, se salutê, quæ secun- dum Deū est, consecuturos minime dubitauerūt.

AD SECUNDVM dicendum, qd per illâ annuntiatio- nē Magorū, signabatur constantia gentiū, Christū ubiq; ad mortem consentitum. Vnde Chryl. ¶ dicit super Matth. qd dum considerabant regem futurū, non timebant regem præsentem, adhuc non uide- rant Christum, & iam parati erant pro eo mori.

AD TERTIVM dicendum, qd sicut Aug. \* dicit in ser- mo Epiphaniæ, Stella q̄ magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre Virgine Deus infans, poterat eos ad ipsam perducere ciuitatē Bethleem, in qua natus est Christus: sed tamē subtraxit se, donêc de ci- uitate, in qua Christus nasceretur, etiâ iudej testimo- nium perhiberent, ut sic geminato testimonio cõ- firmati, sicut Leo Papa \* dicit, attentioni fide expe- teret, quæ & stellæ claritas & prophetiæ manifesta- bat auctoritas. Et ita ipsi annuntiant iudæis Christi natiuitatē & interrogant locum, credunt & quunt, tamquàm significantes eos, qui ambulant per fidē, & desiderât speciē, ut Aug. dicit \* in sermo. epipha- niæ. Iudæi autē indicantes eis locum natiuitatis Chri- sti, similes facti sunt fabris arcæ Noë, q̄ alijs ubi eua- derent præstiterunt, & ipsi diluuii pericrūt. Audie- runt & abierūt inquisitores, dixerūt, & remâserunt doctores similes lapidibus miliaris, qui uiam osten- dunt, nec ambulant. Diuino etiam nutu factum est, ut aspectu stellæ subtracto, Magi humano sensu in Hierusalem irent, quærentes in ciuitate regia regē natum, ut in Hierusalem primo Christi natiuitas pu- blice annuntiaretur, secundum illud Isâ. 2. De Sion exiit lex, & uerbum domini de Hierusalem, & ut etiam studio Magorum de longe uenientium, dam- naretur iudæorum pigritia prope existentium.

A AD QVARTVM dicendum, quòd sicut Chryl. \* dicit super Matth. Si Magi terrenum regē quæren- tes uenissent, fuissent confusi: quia tanti itineris la- bore sine causa suscepissent, unde nec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem, quia celestē regem quærebant, etsi nihil regalis excellētæ in eo uiderent, tamen solius stellæ testimonio cõtenti eū adorauerunt: uident enim hominem & agnoscunt Deum: & offerunt munera dignitati Christi con- gruentia: aurum quidem, quali regi magno, thus quod in Dei sacrificio ponitur, immolat ut Deo: myrrha, qua mortuorum corpora condiuntur, præ- betur tamquàm pro salute omnium mortuorum. In quo etiam, ut Greg. \* dicit, instrumur, ut nato regi aurū, per quod significatur sapientia, offeramus, in conspectu eius, sapientiæ lumine splendētes: thus autem, per quod exprimitur orationis deuotio, of- ferimus Deo, si per orationum studia Deo redole- re ualeamus: myrrham autem, quæ significat mor- tificationē carnis, offerimus, si carnis uitia per ab- stinentiam mortificemus.

Homil. 2. in Mat. in ore imp. super illud, Et in tra. do. 10. 2.

Homil. 10. in euang. post me. illius,

QVAESTIO XXXVII.

¶ Super Quæstionē trigésimaseptima Articulum pri- mum.

De legalibus circa puerum Iesum ob- seruatis, in quatuor artic- los diuisa.

C DEINDE consideran- dum est, de circūcisi- one Christi. Et quia cir- cūcisiō est quadā pro- fessio legis obseruandæ, secun- dum illud Gala. 5. Testificor om- ni homini circūcidenti se, quon- iam debitor est uniuersæ legis faciendæ: simul cum hoc quærê- dum est, de alijs legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

Vnde quærentur quatuor. ¶ Primò, De eius circūcisiōne. ¶ Secundò, De nominis impo- sitione.

¶ Tertio, De eius oblatione. ¶ Quarto, De matris purga- tione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum Christus debuerit circūcidi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd Christus non de- buerit circūcidi. Veniēte. n. uer- sitate, cessat figura: sed circūci- sio fuit Abrahæ præcepta, in si- gnū fœderis, qd erat de semine nascituro, ut patet Gen. 17. Hoc autem fœdus fuit in Christi na- tiuitate completum. ergo cir- cūcisiō statim cessare debuit.

¶ 2 Præter. Omnis Christi actio, nostra est instructio: unde dicit Io. 13. Exēplū dedi uobis, ut quæ- admodū ego feci, ita & uos faciatis: sed nos non debemus cir- cūcidi, secundum illud Gal. 5. Si circūcidimini, Christus uobis ni- hil proderit, ergo uidetur qd nec

Tertius clarus est. ¶ In corpore unica conclusio: Chri- stus debuit circūcidi. Probatur septem rationibus, quæ clare patent in litera.

¶ In responsione ad secundum, ubi de imitatione Christi, quo ad circūcisiō- nem corpore agitur, dubium occurrit de circūcisiōne, Chri- stianorum indorum, dicentium se circū- cidi ut conformen- tur Christo, an sit li- cita. Videatur enim quod non. Primo, ex auctoritate Apo- stoli, Si circūcidi- mini, Christus nihil uobis proderit, ad Gala. 5. & ex aucto- ritate ecclesiæ, quæ in Concilio Florent. sub Eugenio IIII. infra q. 40. art. 1. cor. 11. determinauit circū- cisionem, & alia le- galia, post publica- tionem euangelij ef- se non solum morta- lia, sed mortifera. Secundo, quia circū- cisiō facta ad imita- tionem Christi, non effugit quin fiat etiâ ad imitationē Abra- hæ & iudæorū: quo- niam quicquid fit ad imitationem imi- tantis tertium, fit ad imitationem il- lius tertij, ergo per hoc circūcisiō facta ad imitationem Christi est circūci- sio legalis. Et con-

infra q. 40. art. 1. cor. 11. 2. art. 2. q. 3. Et opus. 60. cap. 5.

R. firmatur,

Tertius s. Thomæ,

firmatur, quia fieri ad imitationem alicuius mediate uel immediate, non uariat naturam actus: sed circumcisio facta ad similitudinem Christi immediate, fit mediate ad similitudinem legalis circumcisio: quia Christus legalem circumcisionem suscepit, ergo circumcisio ad similitudinem Christi facta est legalis. Tertio, quia secundum Apostolum ab omni specie mali abstinendum est: inficiari autem non potest, quin circumcisio ista habeat speciem mali: nam constat quod habet speciem iudaismi, igitur illicita est. In oppositum autem est, quia damnare totam illam patriam Christianam, & morem antiquum tot ecclesiarum, praesumptiuum videtur.

**Christus debuerit circumcidi.**  
¶ 3 Præter. Circumcisio est ordinata in remedium originalis peccati: sed Christus non contraxit originale peccatum, ut ex supra dictis patet. \* ergo Christus non debuit circumcidi.

**SED CONTRA** est, quod dicitur Luc. 2. Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer.

**RESPON.** Dicendum, quod pluribus de causis Christus debuit circumcidi. Primo quidem, ut ostendat ueritatem carnis humanae, contra Manichæum, qui dixit eum habuisse corpus phantasticum, & contra Apollinarium, qui dixit corpus Christi esse diuinitati consubstantiale, & contra Valentinum, qui dixit Christum de celo corpus attulisse. Secundo, ut approbaret circumcisionem, quæ olim Deus instituerat. Tertio, ut cõprobaret se esse de genere Abrahe, qui circumcisionis mandatum acceperat in signum fidei, quam de ipso habuerat. Quarto, ut iudæis excusationem tollerent, ne eum reciperent, si esset incircumcisus. Quinto, ut obediendi uirtutem nobis suo commedaret exemplo: unde & octaua die circumcisus est, sicut in lege erat præceptum. Sexto, ut quia in similitudinem carnis peccati aduenerat, remedium quo caro peccati confueuerat mundari, non respueret. Septimo, ut legis onus in se sustinens, alios a legis onere liberaret, secundum illud Gal. 4. Misit Deus filium suum factus

actus circumcisio. Ratione uero similitudinis in hoc, quod est esse circumcisum corporaliter: quia Christus fuit corporaliter circumcisus, cum in corporalibus secundum se non sit uirtus nec pituitum, nec unde malus, nec unde bonus reddatur actus circumcisio propter huiusmodi corporalem similitudinem factæ iudeo, nisi quod pro tanto malus esset, pro quanto uanus esset: careret enim necessitate & pia utilitate, si solum præcorpora assimilatione fieret. Et si pro quada ueneratione Christi hoc fieret, an actus sit religiosus, an superstitiosus, considerandum est. Et quidem quod sit superstitiosus, testatur, quia corporalem ceremoniam inuilem contra communem ecclesie morem, habentem mali speciem exercet. Sed quod ceremonia hæc licet sit corporea, non sit uana aut inutilis, inde apparet quod nulla ueneratio est uacare assimilationi ad principem, in honorem siquidem principum uocamus filios nostros, ipsorum principum nominibus, ut Iulios a Iulio, & Leones a Leone. Nec superstitiose similis honor in sanctos transfertur: sed ad uenerationem sanctorum spectare credimus, quod filios nostros sanctorum nominibus appellamus. Et propterea sicut alius uelle sanctus in nominibus, extra religionem non est, sed ad uenerationem quandam spectat, ita honorem hunc exhibere Christo, ut etiam corporaliter assimilatur sibi circumcisio homo, non

superstitiosus uanitas, sed ueneratio quædam est, ab hominibus humano more exhibita, & licet sit non secundum communem ecclesie morem, est tamen secundum illarum ecclesiarum, quæ sunt in indis sub rege Dauid, qui uulgariter dicitur Preste Iohanni, antiquum uetustumque morem, qui & nunquam ab uersali aut Romana ecclesia damnatus apparet: & propterea licet alibi circumcisio ista esset superstitiosa, non tamen ubi est confueta. De mali autem specie, quam præferre circumcisionem hoc tempore negari est non potest, dicitur tamen quod ab omni specie mali cauendum est, quando & ubi speciem mali habet. Verum, ubi & quando actus aliquis cessat habere mali speciem, potest exerceri licite, nam comedere immolata idolis, speciem mali habet: & secundum Apostoli doctrinam 1. ad Corin. 8. & 10. quandoque est licitum & quandoque illicitum: nam presentibus infirmis est illicitum: quando autem & ubi scandalum infirmorum non timetur, licitum est. Et secundum hoc, circumcisio huiusmodi, quia in ecclesijs illis non est in scandalum infirmorum, neque mali occasio, cessat habere ibi mali speciem. Et si obijciatur, quod licet tollatur per hoc ratio scâdali apud illos: non tamen tollitur per hoc ratio scâdali apud illas: si ecclesias, quæ de Indorum circumcisione scandalizantur, ut pote iudaismi speciem habente, non hic uel ibi: sed simpliciter & absolute post perfectam euangelij publicationem, confueta dum credo per Romanam ecclesiam esset, ut uel non toleraretur circum-

sum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod circumcisio per remotionem carnalis pellicule in membro generationis facta, significabat spoliationem uetustæ generationis, a qua quidæ uetustate liberamur per passionem Christi: & ideo ueritas huius figuræ non fuit plene impleta in Christi natiuitate, sed in eius passione, ante quam circumcisio suam uirtutem & statum habebat. & ideo deuit Christum ante suam passionem tamquam filium Abrahe circumcidi.

**AD SECUNDUM** dicendum, quod Christus circumcisionem suscepit eo tempore, quo erat sub præcepto: & ideo sua actio in hoc est nobis imitanda, ut obseruemus ea, quæ sunt nostro tempore in præcepto: quia unicuique negotio est tempus, & opportunitas, ut dicitur Eccl. 8. Et præterea, ut Orig. \* dicit, sicut mortui sumus cum illo moriente, & confurreximus Christo resurgenti, ita circumcisi sumus spirituali circumcisione per Christum, & ideo carnali circumcisione non indigemus. Et hoc est, quod Apostolus dicit Colof. 2. In quo, I. Christo, circumcisi estis circumcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione domini nostri Iesu Christi.

**AD TERTIUM** dicendum, quod sicut Christus propria uoluntate mortem nostram suscepit, quæ est esse actus peccati (nullum in se habens peccatum) ut nos a morte libe-

ritatem redderet. **AD PRIMUM** ergo dicendum, quod circumcisio per remotionem carnalis pellicule in membro generationis facta, significabat spoliationem uetustæ generationis, a qua quidæ uetustate liberamur per passionem Christi: & ideo ueritas huius figuræ non fuit plene impleta in Christi natiuitate, sed in eius passione, ante quam circumcisio suam uirtutem & statum habebat. & ideo deuit Christum ante suam passionem tamquam filium Abrahe circumcidi. **AD SECUNDUM** dicendum, quod Christus circumcisionem suscepit eo tempore, quo erat sub præcepto: & ideo sua actio in hoc est nobis imitanda, ut obseruemus ea, quæ sunt nostro tempore in præcepto: quia unicuique negotio est tempus, & opportunitas, ut dicitur Eccl. 8. Et præterea, ut Orig. \* dicit, sicut mortui sumus cum illo moriente, & confurreximus Christo resurgenti, ita circumcisi sumus spirituali circumcisione per Christum, & ideo carnali circumcisione non indigemus. Et hoc est, quod Apostolus dicit Colof. 2. In quo, I. Christo, circumcisi estis circumcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione domini nostri Iesu Christi. **AD TERTIUM** dicendum, quod sicut Christus propria uoluntate mortem nostram suscepit, quæ est esse actus peccati (nullum in se habens peccatum) ut nos a morte libe-

circuncisio tali ratio-  
ne conluea uel fit o  
teranda iudicaretur  
ur fecundum le licta  
tolleretur ratio  
scandalu apud eccle-  
sialias. Et per hanc  
pater solutio omniu  
oblectoru. Hec sunt  
que de hac q. noua  
mibi occurrunt, in  
libentis audire  
epistolice sedis sen-  
tentiam, quam pro-  
prium proferrem opi-  
nionem.

Super Quaestione  
septima a septima  
sicut uia secun-  
dam.

Opera

Titulus clarus  
est.

In corpore  
pater ratio imponit  
et nomina referuntur.  
Deinde respondetur  
quod. Nomina de-  
bent imponi a pro-  
prietatibus reru, uel  
imponuntur a circum-  
stantibus quomodo-  
libet, uel significant  
aliquid grauitu do-  
ctum diuinitus illis da-  
tum. Primum declara-  
tur in nominibus ge-  
nerum & specieru.  
Secundum, in singu-  
larium nominibus.  
Tertium, in nomi-  
nibus diuinitus im-  
positis.

Conclusio respon-  
sua est. Conuenien-  
ter uocatum est no-  
men Christi Iesus,  
id est, saluator: quia  
fuit impositum diu-  
initus angelo nuntian-  
te, & Christo hoc  
nomen gratie colla-  
tum est, ut esset salua-  
tor omnium.

¶ Præter hoc nomen Iesus salutem significat, ut pa-  
tet per id, quod dicitur Matth. 1. Pariet filium, & vo-  
cabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet  
populum suum a peccatis eorum: sed salus per Chri-  
stum non est facta solum in circuncisione, sed etiã  
in præputio, ut patet per Apost. Rom. 4. Inconue-  
nienter ergo hoc nomen fuit Christo impositum  
in sua circuncisione.

SED CONTRA est auctoritas scripturæ, in qua di-  
citur Luc. 2. quod postquam consummati sunt dies  
octo, ut circuncideretur puer, uocatum est nomen  
eius Iesus.

RESPON. Dicendum, quod nomina debent pro-  
prietatibus rerum respondere. Et hoc patet in no-  
minibus generum & specierum: quia, ut dicitur 4.  
Metaph. ratio, quam significat nomē, est definitio,  
quæ designat propriam rei naturam. Nomina au-  
tem singularium hominū semper imponuntur ab  
aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel  
a tempore, sicut imponuntur nomina aliquorum  
sanctorum his, qui in eorum festis nascuntur. Vel a  
cognatione: sicut cum filio imponitur nomen pa-

trari, & spiritualiter nos faceret  
mori peccato, ita etiam & circū-  
cisionem, quæ est remedium ori-  
ginalis peccati, suscepit abique  
hoc quod haberet originale pec-  
catum, ut nos a legis iugo libe-  
raret, & ut in nobis spiritualem  
circuncisionem efficeret, ut scilicet  
suscipiendo figuram, imple-  
ret ueritatem.

ARTICVLVS II.

Utrum conuenienter fuerit Christo no-  
men impositum.

AD SECVNDVM sic procedi-  
tur. Videtur quod inconue-  
nienter fuerit Christo nomen  
impositum. Veritas enim euan-  
gelica debet prænuntiationi p-  
phetica respondere: sed prophete  
aliud nomen de Christo præ-  
nuntiauerunt: dicitur enim Isa.  
7. Ecce, uirgo concipiet, & pariet  
filium, & uocabitur nomen eius  
Emanuel. Et 8. Uoca nomē eius,  
accelera, spolia, detrahe, festina  
prædari. Et 9. Uocabitur nomen  
eius admirabilis, consiliarius,  
Deus fortis, pater futuri sæculi,  
princeps pacis. & Zach. 6. dicitur,  
Ecce, uir, Oriens nomē eius,  
ergo inconuenienter uocatum  
est nomen eius Iesus.

¶ 2 Præter, Isa. 62. dicitur, Vocabi-  
tur tibi nomē nouum, quod os  
domini nominauit: sed hoc no-  
men Iesus non est nomen nouum,  
sed pluribus fuit in ueteri  
testamento impositum, ut patet  
etiam ex ipsa genealogia Chri-  
sti Luc. 3. ergo uidetur quod in-  
conuenienter uocatum est no-  
men eius Iesus.

¶ Præter hoc nomen Iesus salutem significat, ut pa-  
tet per id, quod dicitur Matth. 1. Pariet filium, & vo-  
cabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet  
populum suum a peccatis eorum: sed salus per Chri-  
stum non est facta solum in circuncisione, sed etiã  
in præputio, ut patet per Apost. Rom. 4. Inconue-  
nienter ergo hoc nomen fuit Christo impositum  
in sua circuncisione.

SED CONTRA est auctoritas scripturæ, in qua di-  
citur Luc. 2. quod postquam consummati sunt dies  
octo, ut circuncideretur puer, uocatum est nomen  
eius Iesus.

RESPON. Dicendum, quod nomina debent pro-  
prietatibus rerum respondere. Et hoc patet in no-  
minibus generum & specierum: quia, ut dicitur 4.  
Metaph. ratio, quam significat nomē, est definitio,  
quæ designat propriam rei naturam. Nomina au-  
tem singularium hominū semper imponuntur ab  
aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel  
a tempore, sicut imponuntur nomina aliquorum  
sanctorum his, qui in eorum festis nascuntur. Vel a  
cognatione: sicut cum filio imponitur nomen pa-

tris, uel alienius de cognatione eius: sicut propin-  
qui Ioannis Baptista uolebant eum uocare nomi-  
ne patris sui Zachariam, non autem Ioanem: quia  
nullus erat in cognatione eius, qui uocaretur hoc  
nomen, ut dicitur Luc. 1. Vel etiam ab euentu: si-  
cut Ioseph uocauit primogenitum suum Manasse,  
dicens, Obliuisi fecit me Deus omnium la-  
borum meorum. Genes. 41. Vel etiam ex aliqua qua-  
litate eius, cui nomen imponitur: sicut Genes. 25.  
dicitur, quod quia qui primus egressus est de utero  
matris, rufus erat, & totus in more pellis hispidus,  
uocatum est nomen eius Esau, quod interpretatur  
rubeus. Nomina autem quæ imponuntur aliquibus  
diuinitus, semper significant aliquid gratuitum do-  
num eis diuinitus datum: sicut Gen. 17. dictum est  
Abraham, Appellaberis Abraham, quia patrem mul-  
tarum gentium constitui te. Et Matt. 16. dictum est  
Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram ædifica-  
bo ecclesiam meam. Quia igitur Christo hoc mu-  
nus gratiæ collatum erat, ut per ipsum omnes salua-  
rentur, ideo conuenienter uocatum est nomen eius  
Iesus, id est, Saluator, angelo hoc nomen præ-  
nuntiante, non solum matri, sed etiam Ioseph, qui erat  
futurus eius nutritus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in omnibus  
illis nominibus quodammodo significatur hoc no-  
men Iesus, quod est significatiuum salutis. Nam in  
hoc quod dicitur, Emanuel, quod interpretatur,  
nobiscum Deus, designatur causa salutis, quæ est unio  
diuinæ & humanæ naturæ in persona filij Dei, per  
quæ factum est, ut Deus esset nobiscum, quasi parti-  
ceps nostræ naturæ. Per hoc autem quod dicitur, Uoca  
nomen eius, accelera, spolia, detrahe, &c. designatur  
a quo nos saluauit, quia a diabolo, cuius spolia ab-  
stulit, secundum illud Coloss. 2. Expolians principa-  
tus, & potestates, traduxit confidenter. In hoc autem  
quod dicitur, Uocabitur nomen eius admirabi-  
lis &c. designatur uia & terminus nostræ salutis, in-  
quantum scilicet admirabili diuinitatis consilio &  
uirtute, ad hereditatem futuri sæculi perducimur,  
in quo erit pax perfecta filiorum Dei, sub ipso prin-  
cipe Deo. Quod uero dicitur, Ecce uir, Oriens no-  
men eius, ad idem refertur ad quod primum, scilicet  
ad incarnationis mysterium, secundum quod  
ex ortu est in tenebris lumen rectis corde.

AD SECVNDVM dicendum, quod his qui fuerunt ante  
Christum, potuit conuenire hoc nomen Iesus se-  
cundum aliquam aliam rationem, puta, quia aliqua  
particularem & temporalem salutem attulerunt:  
sed secundum rationem spiritualis & uniuersalis sa-  
lutis hoc nomen proprium est Christo, & secun-  
dum hoc dicitur esse nomen nouum.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Genes. 17.  
legitur, simul Abraham suscepit nominis imposi-  
tionem a Deo, & circuncisionis mandatum: & ideo  
apud iudæos consuetum erat, ut ipso die circuncisi-  
onis nomina pueris imponerentur, quasi ante cir-  
cuncisionem perfectum esse non habuerint: sicut  
etiam nunc pueris in baptismo nomina imponuntur.  
Vnde super illud Proverbio. 4. Ego filius fui pa-  
tris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea,  
dicit glossa. Quare Salomon se vnigenitum coram  
matre nominat, quem fratrem uerinum præcessit:  
se scriptura attestatur, nisi quia ille mox natus, sine  
nomine quasi numquam esset, de uita decessit? Et  
ideo Christus simul cum fuit circuncisus, nominis  
impositionem accepit.

Tertia S. Thomæ. R. 2. Super